

genitricis verum eciam ob mutue caritatis plenitudinem, qua predictam dominam abbatis-
 tissam sincerissime amplectimur, nec non et ob remedium anime illustris principis Friderici
 quondam Misnensis marchionis conthoralis nostri dilecti felicissime recordacionis predictas
 villas Baten et Schadolawe cum omni iure utilitate fructu iudicio tam in campis quam in
 villis^{a)} proventu agris silvis pratis pascuis virgultis aquis piscacionibus et quadam aqua- 5
 rum particula dicta Pustenitz memorata cenobio sive conventui sancte Marie prenarrato
 dedimus, donavimus omni donacione proprietate seu appropriacione, qua nobis inest vel
 inesse potest bonis in prehabitis, perpetuis temporibus possidendas, nichil nobis et nostris
 successoribus in villis et proventibus earumdem pretaxatis iuris ab hac hora in antea ven-
 dicantes. Ut autem nostra donacio predicta, quam fecimus, firma et inconcussa permaneat 10
 nullum ambiguitatis habens scrupulum, presentes litteras desuper confectas domine
 *Hedwigi^{b)} et eiusdem conventui scilicet Trono sancte Marie aput Grymme prehabitis dari
 iussimus nostri sigilli munimine communitas. Huius etenim rei testes sunt Alberus bur-
 gravius de Lisnigk, Henricus senior de Trebissen, Apetz de Luppe, Thammo de Haldecke
 milites, Bertoldus de Grymme, Iohannes de Cerin plebani, nostri capellani, Iohannes 15
 Vinitor, Henricus Rona, Conradus de Borch cives Grymenses et quam plures alii fide
 digni. Actum et datum Grymis anno domini m° cc nonagesimo septimo.

298.

*Theoderich, genannt von Torgau, eignet dem Kloster Marienthron einige Felder bei Torgau und ver-
 äußert alle seine Rechte an diesen und an dem dem Kloster bereits zugehörenden See bei Loßwitz 20
 gegen Zahlung einer Summe von 12 Mark. 1300 Febr. 25.*

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1779. Das beschüligte S. des Ausstellers an Pergamentstreifen.
 Gedr.: (Klotzsch u. Gruulig) Sammlung verm. Nachr. 12,218 f. Husche Magazin 6,509 f. (beide mit der Jahres-
 zahl 1306).*

*Ann.: Vergl. No. 248. 408. — Knabe Gesch. der Stadt Torgau 39, Publicationen des Alterthums-Vereins zu 25
 Torgau 1,12.*

In nomine domini amen. Ne labatur cum tempore —. Nos igitur Theodericus
 miles quondam filius Bothonis militis dictus de Thurgou per presentes recognoscimus
 tam presentibus quam futuris presens scriptum visuris publice protestantes, quod cum
 dilecta nepte nostra, filia honorabilis viri Theoderici dicti camerarii de Gnanstein et uxoris 30
 sue . . sororis nostre, agros dictos ein breythe sitos apud Thurgov civitatem et Albeam
 cenobio et collegio dominarum ordinis Cisterciensis dicto Throno sancte Marie apud
 Grimmis civitatem sito contulimus cum omni iure et libertate qualibet a predictis sancti-
 monialibus possidendos perpetuo efficaciter appropriantes cum consensu omnium heredum
 nostrorum et specialiter cum consensu Botonis filii Witegonis de Thurgov et bona volun- 35
 tate. Preterea noveritis, quod lacum seu piscinam sitam iuxta Loskewie appropriatam a
 nobili marchione Missenensi dicto Henrico seniore predicto cenobio absque omni contra-
 dictione cum quolibet iure in remedium anime Bothonis patris nostri ac heredum nostrorum